10. Intellectus bonus | omnibus faciENtibus Eum : * laudatio ejus manet in SÆculum SÆculi.

Gloria PAtri et FIlio, * et spiRItui SANcto.

Sicut erat in principio, | et NUNC et SEMper, * et in sæcula sæcuLOrum. Amen.

PSALM 111.

1. **Beatus** vir | qui TImet DOminum : * in mandatis ejus VOlet NImis.

2. Potens in terra erit SEmen Ejus : * generatio rectorum beNEdiCEtur.

3. Gloria et divitiæ | in DOmo Ejus, * et justitia ejus manet | in SÆculum SÆculi.

4. Exortum est in tenebris LUmen Rectis : * misericors et miseRAtor, et JUstus.

5. Jucundus homo qui miseretur et commodat, | disponet sermones suos IN juDIcio : * quia in æternum non COMmoVEbitur.

6. In memoria æterna Erit JUstus : * ab auditione mala NON tiMEbit.

7. Paratum cor ejus sperare in Domino, | confirmatum EST cor Ejus : * non commovebitur | donec despiciat iniMIcos SUos.

8. Dispersit, dedit pauperibus ; | justitia ejus manet in SÆculum SÆculi : * cornu ejus exalTAbitur in GLOria.

9. Peccator videbit et irascetur, | dentibus suis fremet ET taBEscet : * desiderium peccaTOrum perIbit.

Gloria PAtri et FIlio, * et spiRItui SANcto.

Sicut erat in principio, | et NUNC et SEMper, * et in sæcula sæcuLOrum.—Amen.

PSALM 112.

1. **Laudate**, PUeri DOminum : * laudate NOmen DOmini.

2. Sit nomen Domini BEneDIctum, *ex hoc nunc | et USque in SÆculum.

3. A solis ortu | usque